No. 59 K.A. XLII a

N. V. Constantino Hugenio Equiti
Zulichemi domino etc. S. P. D.
Isaacus Gruterus

Vir nobilissime

Non ego is sum, cui ullam fabricandae commendationis fiduciam facit tenuis scholasticae vitae fortuna: neque eo spectant literulae, quas ad te impetravit operosa rogatione juvenis Theologiae consecratus, mihi domesticus, et privatim occupatus quibusdam contubernii convictusque nostri ad elementa latinae linguae et ulteriorem Grammaticam deducendis. Scio enim non istos sollicitandos temere magnorum virorum aditus: quorum negotiis cum sua constet severitas, reverenter habendum quicquid extra contactus quasi obvios seposuit dignitas. Apud humanitatem tamen ex illustri conspicuam loco saepe patrocinium reperit interpellatio, alterius quidem data desiderio, sed nulli gravis, si paucula legisse, nec plura

ex perferentis

ex perferentis ore audisse molestiam non satis
Leidamensi scholae, ajunt, Roetersz quam vi-
nister quod in ea angustatum est emenda-
re et paululum laxari sedulus, operam suam
offerre velit, si doceatur quo transferen-
dus et quomodo praemuniendus sit ambitus.
Ego non ignarus quid inter praesidia habeant
literas, fortunam expertae requiores, idque
oblata occasione cum expressissem non semel
in familiari sermone, oppugnantes fetissi-
mi, donec expugnatus haec qualiacunque
dares commiserationi, a te commonstratâ
viâ, si potes, juvandas; ut conatibus ho-
minis probi, et istam spartam ornare valide
praestruatur ingressus in praesationes. Mo-
hi beneficium imputabis, observantiâ in
tuas virtutes, et prolem limatissimo sum-
mi Patris ingenio dignam agnoscendo.
Vale. Roterodami ex Erasmiano. VIII.
Junii. VI. D. CIƆIƆCLXIX.

© Koninklijke Bibliotheek
KA 42a, nr. 59
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/6714

Nobilissimo viro
Constantino Hugenio
Equiti, Zuilichemi Do=
mino etc.

amica manu } Hugas Comitis

© Koninklijke Bibliotheek
KA 42a, nr. 59
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/6714